

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Humilitas a (1)
cum fonte primo

Discite a me non mundum
fabricare, non cuncta uisibilia et
inuisibilia creare, non in ipso mundo
miracula facere et mortuos suscitare,
sed quoniam mitis sum et humilis corde.

Cogitas magnam
fabricam constituere celsitudinis de
fundamento prius cogita humilitatis.

Augustinus de uerbis Domini.

*Tollite jugum meum super vos, et
discite a me (Mat. 11:29): non mundum
fabricare, non cuncta visibilia et
inuisibilia creare, non in ipso mundo
miracula facere, et mortuos suscitare;
sed quoniam mitis sum et humilis corde
(Mat. 11:29).*

Magnus esse vis, a minimo incipe.

Cogitas magnam
fabricam construere celsitudinis, de
fundamento prius cogita humilitatis.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 69,
1 (PL 38, col.441).